



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1546. usque ad annum 1549

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1770**

**VD18 90118529**

§. 100. Vatabli annotationes a Parisina Facultate Theologica damnatæ.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66608](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66608)

Sæcul. XVI. stratenium Abbatiam Bellozanæ in Nor-  
A.C. 1547. mania media leuca a Gurnaja dissitam  
 reliquit.

## §. C.

*Vatabli annotationes a Parisina Fa-  
cultate Theologica damnatae.*

*Argentre  
coll. iud. to. 2.  
p. 144.*

Præprimis Parisiensis Facultas Theo-  
 gica die decima nona Octobris An-  
 no Domini millesimo quingentesimo  
 quadragesimo septimo conventum ha-  
 buit, in quo Vatabli annotationes in fa-  
 crum Codicem censuris perstrinxit, ac  
 præprimis articulos ex Roberti Stepha-  
 ni Bibliis extractos, necnon Fontisbel-  
 laquei Mensa Novembri Regio Senatui  
 porrectos prælegit, ceteros vero non-  
 nisi anno sequenti trigesima Aprilis die  
 damnavit, eosque ad Henricum II. Re-  
 gem pariter transmisit. Porro Facultas  
 hoc opus Regis, ac secretioris consilii  
 jussu se examinasse testatur, atque  
 annotationes sigillatim enumerans,  
 quamlibet speciatim censura admodum  
 prolixa perstringit, ostenditque, quod *is*  
*multa contra bonos mores, religionis pie-*  
*tatem, sanctorum Patrum decreta, ac ipsius*  
*fidei placita temerarie inserta sint, necnon*  
*multa erronea scandalum inducentia, impia,*  
*Lutheranis faventia, hæresibusque iam olim*  
*damnatis conspirantia, immo in nonnullis*  
*quædam*

quædam aperte hæretica, atque etiam blasphemæ inspergantur. His addidit, quod Sæcul. XVI.  
A.C. 1547.  
 in ipso dictorum Bibliorum contextu multa ausu temerario quandoque immutentur &  
 quædam sæpe minuantur, quandoque adjiciantur haud pauca præter Germanam, &  
 ab Ecclesia hactenus receptam lectionem.

Postea satis amplum exhibit Catalogum, in quo errores, atque hallucinationes in commentariis, notis marginalibus, ac novi Testamenti textu comprehensas enumerat. Denique censuram absolvit condemnando propositiones quasdam circa Eucharistiam, Confessionem Sacramentalem, delectum ciborum, ac diem, justificationem, pias actiones, traditiones humanas, S. Imagines, invocationem Sanctorum, Evangelium, Eleemosynam pro defunctis, fidem, ac timorem.

### §. CI.

#### Beati Rhenani mors.

Alter ex Scriptoribus, qui hoc anno *Thouſ hiſt.*  
*vivis erepti ſunt, erat Beatus, ſeu l. 3. n. 8.*  
 Bildius Rhenanus natione Germanus, *Voffius de  
 Histor. Lat. lib. 3. c. 10*  
 qui primam lucem aspexit Scelestadii in Alsatia Anno Christi millesimo quadragesimo octogesimo quinto, & patrem habuit Antonium Bild, cognomento *Rhenanum*, eoquod relicto Rheno oppido Scelestadii ſedem fixiffet. Ejus Filius